ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 64v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



abstinere a cybis quos ds creauit ad pcipiendum cum
gratiarum actione fidelib⁹. & his qui cognouerunt ueritatē.
ad philipenses. Audiant illi bonum ē non manducare carnem neq; bibere
uinum. neq; in quo frater tuus scandalizatur. Audiant isti
ad timoth. modico uino utere propt̄ stomachum & frequentes tuas in
firmitates. Quatenus & illi discant cybos carnis inordinate n̄
appetere. & isti creaturā di quam non appetunt non aude
ant contemnere. ·xxi·

Aliter admonendi sunt qui iam sua misericordit̄ tri
buunt. atq; aliter qui adhuc & aliena rapere contendunt.
Admonendi namq; sunt qui iam sua misericorditer tri
buunt. ne cogitatione tumida sup eos se quibus terrena
largiunt extollant. ne iccirco se meliores estiment. quia
contineri per se ceteros uident. Nam terrene dominus do
mus. famulorū ordines ministeriaq; dispertiens. hos ut re
gant. illos uero statuit ut ab aliis regantur. Istos iubet
ut necessaria ceteris prebeant. illos ut accepta ab aliis
sumant. & tamen plerumq; offendunt qui regunt. & in pa
tris familias gratia pmanent qui reguntur; Iram merent
qui dispensatores sunt. sine offensione pdurant qui ex a
liena dispensatione subsistunt. Admonendi sunt igit
qui iam que possident misericordit̄ tribuunt. ut a celesti
dn̄o dispensatores se positos subsidiorum temporalium
agnoscant. Et tanto humiliter prebeant. quanto & a